UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlae Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romae, 1616

Regulæ Præfecti sanitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68329

Visual Library

REGVLAE PRÆFECTI Sanitatis.

P.3.c.2.§6. Quod eius munus.

1 PRæfecti ſanitatis munus, erit ſuperintendere ijs, quæ ad corporis bonam valetudinem pertinent conſeruandã in ſanis (in ijs præſertim, qui ex ætate, aut alijs de cauſis ſunt debiliores) tum reſtituendam in ægrotantibus.

Infirmario præſit. P.3.c.2.lit.H

2 Præſit Infirmario, & ceteris quibus cura ægrotorum commiſſa erit; detque operã, ne deſit Medicus, adſitque eo veniente, præſertim vbi morbi qualitas id poſtulauerit: & quicquid ab eo præſcriptum fuerit, ſtudeat, vt executioni mandetur. & vbi videret ægrotorum cubicula ſalubria non eſſe, ad Superiorem referat.

Circa nimios labores.

3 Obſeruet, num quis ex nimia fatigatione corporis, aut ſpiritus, plus æquo laboret,

ret, vel alia de cauſa morbi periculo ſe exponat, & Superiori ſignificet.

4 Si in cibis, aere, frigore, aut alia quapiam in re aliquid probabili ratione animaduertat, quod communi omnium, vel alicuius ſaluti prodeſſe, vel obeſſe poſſit, Superiorem admoneat. Superiorem admoneat de his quæ ſaluti proſunt, &c.

5 Curet vt Infirmarius Regulas ſuas obſeruet, quas apud ſe etiam habebit. Infirmarij regulas habeat, & obſeruari faciat.